

Mandatum FridERICI II DANICAE REGIS.

13

Fridericus II Dei gratia Danorum Noruegorum Vandalorum
 Gotlorum rex, dux Helsingie, Holsatiae, Stormarck, ac Diethma-
 rie comes in Odenburg, et Delmenhorst. Testatur quod ad
 tractationem societatis adversus Socium communem jam
 hostem, cum serenissimi principis, domini Sigismundi
 augusti regis Poloniae, magni ducis Lithuanie Rusiae Prus-
 siae Masoviae Samogitiae domini et haeredis fratris et affinis
 nostri charissimi Stetinum Pomeraniae jam ad diem Divi Ma-
 thaei Apostoli proximum ad eam rem deputatis, venturisq; co-
 missariis generosis et nobilibus nobis imprimis dilectis domini
 Francisco Ruffotzki Castellano Nalensi Gabriele Prabowietzki
 tribuno Lemnensi et Sllavensi profecto, nec non Slichaele
 Brunow Secretario, generosis itidem et nobiles consilia-
 ris nostros, Georgium a Lucke in Offergard equitem et Gassparum
 Tafelicki in Liddaw Licentiatum, nostros ambasiatores, commis-
 sarios et oratores speciales fecimus, constitutimus et ordinamus
 per presentes dantes et concedentes illis et singulis ple-
 nam potestatem et mandatum speciale de memorato
 negotio societatis cum nominatis cum nominatis regis Pol-
 oniae tractandi, deq; eis consultandi, paucendi, concor-
 dandi, concludendi, et confirmandi, et generaliter omnia, et
 singula faciendi quae in re ista necessaria erunt, vel etiam
 opportuna. Promittentes in verbo regio ratum gratum
 et firmum habituros, quodquid per dictos nostros commis-
 sarios et oratores utrumq; vel singulos in praedicto nego-
 tio societatis adversus Socios, actum, factum, tractatum,
 conventum, firmatumve, aut quomodolibet gestum fuerit
 plane ac si ipsimet in propria persona egissemus, conclu-
 sissemus, fecissemus. Quod si expressiore, specialioreve mandato
 quam haec continetur, indigebunt, id quoque meliore modo, et for-
 ma illis damus et conferimus. E Castro Elsbuogk sub sigillo re-
 gio 5. mensis septembris anno post millesimum quingente-
 simum sexagesimo tertio. *Fridericus.*

do zawarcia wspotnego bratania porzucia Szwedom.

Nos

Nos suprascripti commissarii sanctissime quoque spondemus,
ac bono et optimo fide promittimus serenissimas utraq[ue] re-
gias majestates, dominos nostros clementissimos literis suis
autenticis omnia h[ec] ratificaturas, approbaturas, ac sigil-
lis regnorum suorum munituras, et obfirmaturas mani-
busq[ue] suis propriis regis subscripturas esse.

Hoc etiam adjecto, et specialiter expresse, quod cum ejus-
modi litera ab illarum serenissimis regis majestates
fuerint hoc pacto confirmatae ac approbatae, tunc debe-
bunt illa litera anelam oppidum in Pomerania
per fide dignas personas utring[ue] ad diem trium regum
proxime venturum mitti, ibiq[ue] alter ab altero acceptas
et redditas literas, deinde ad serenissimos reges suos
revertens, debet reportare et referre. In quorum omni-
um fidem et ejus evidentius testimonium nos prefati
commissarii literas h[ab]ere nostras propriis sigillis muni-
vimus, et obfirmavimus, tum, et manibus nostris sub-
scripsimus. Datum Stetini die 5 Octobris Anno domi-
ni millesimo quingentesimo sexagesimo tertio.

Thomas de caore / Georgius Lucht de Offergart reges curatus, sere-
nissime regie m[aj]estatis Danie consiliarius mpp.
Nabyfikacia /

Jaspar Tavelick de Sidaw serenissimo regie
majestatis Danie etc. consiliarius mpp.

Franciscus Rypocki Castellanus Wadensis sacre
Soloniae regie m[aj]estatis consiliarius mpp.

Gabriel Trabowicki tribunus Comzensis S. R. M.
Secretarius et capitaneus Mlavenensis ppria manu subscrip.

Michael Brunow de Zwassow sacre regie So-
loniae majestatis secretarius mpp.